

Band VI., Nr. 1893, Seite 284-285

Die Ritter Burkhard und Eberhard sowie Ebo Gebrüder von Rosenau verkaufen dem Kloster Heiligkreuztal ihr Vogtrecht auf den durch dasselbe aus dem Besitz des Domkapitels in Konstanz erworbenen Höfen in Andelfingen um $7\frac{1}{2}$ Mark und Eberhard insbesondere überlässt an das Kloster unter Verzicht auf Schadenersatz eine Wiese mit einem Acker um $2\frac{1}{2}$ Mark.

Saulgau, 1267.

Universis hanc paginam inspecturis Burcardus et Eberhardus milites et Ebo fratres carnales dicti de Rosinöwe subscriptorum noticiam cum salute. Ne labantur cum tempore que geruntur, literarum debent testimonio perhennari. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum reverende . . . abbatissa et conventus monasterii Vallis Sancte Crucis predium situm in Adiluing, videlicet curias Werinheri, Vlrici et . . . dicti Kvnziler, a venerabilibus in Christo . . . preposito deccano et capitulo maioris ecclesie Constantiensis, quibus proprietatis titulo pertinebat, cum omnibus suis pertinentiis legaliter comparassent, ius advocatie nobis quatuor modios tritici measure in Althain singulis annis solvens, quod nobis ex antiquo debito pertinebat, antedictis abbatisse et conventui Vallis Sancte Crucis et per ipsas suo monasterio pro VII marcis et dimidia, quas recepisse et in usus proprios convertisse presentibus profiteamur, vendidimus et tradidimus libere et quiete perpetuo possidendam, renunciantes omni iuri actioni consuetudini et omni exactionum generi seu aliis quibuscunque, que nobis ratione advocatie vel quocunque iure seu consuetudine competebant vel competere videbantur casu quolibet contingente. Verum quia michi Eberhardo prelibato soli contra dictum monasterium quedam actio competere videbatur super eo, quod eedem moniales in quodam prato et agro sitis in loco, qui vulgo dicitur der Brant¹, et altero contiguo, qui dicitur Tachöwe², et quibusdam fossatis factis in aliis meis prediis videbantur michi dampnum aliquod intulisse, ipsam iniuriam seu dampnum et omnes actiones, recipiens ab eis duas marchas et dimidiam, plene taliter relaxavi, ut sepedicto monasterio dictum pratum cum agro memorato libere^a cederent ex conducto.

 Actum apud Svlgin, anno domini M^o. CC^o. LXVII., presentibus subnotatis, videlicet Cvnrado de Hegihain, Livtrammo

^aIm Original geschrieben: *lebere*.

¹Ein Flurname.

²Ein Flurname.

II

et Bur. Sebuilino^b. In cuius facti evidentiam presentem cedulam sigillis nostris duximus roborandam. Ego Ebo, quia sigillum proprium non habui, sigillis fratrum meorum in hoc facto pro testimonio sum contentus.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Von den zwei, ehemals abhangend befestigten Siegeln ist noch das erste, schildförmige erhalten, 33, c. 30 mm: Ein auf einem Dreieck stehender Widder, im linken Obereck zwei Rosen, Umschrift: + *Sigillum* . BVRCHARDI . DE . ROSEN . WE . (die S sind verkehrt graviert).

^bEs scheint ursprünglich *Seliuilino* gestanden zu haben, doch ist beim 3. und 4. Buchstaben korrigiert, so dass es vielleicht wenigstens *Sebuilino* heißen sollte.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 457 U 271

Regesten:

UB Heiligkreuztal, Bd. 1, S. 12, Nr. 48.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Saulgau

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (17044)
 Altheim, BC
 Andelfingen Wohnplatz (17334)
 Andelfingen, Langenenslingen, BC
 Bad Saulgau Wohnplatz (21324)
 Hegheim Wüstung (23947)
 Hegheim, Ertingen, BC, W
 Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)
 Heiligkreuztal, Altheim, BC
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Rosna Wohnplatz (21166)
 Rosna, Mengen, SIG
 Saulgau, Bad Saulgau, SIG